

Revista de Guimarães

Publicação da Sociedade Martins Sarmento

DOCUMENTOS INÉDITOS DOS SÉCULOS XII-XV. MOSTEIRO DE SOUTO.

GUIMARÃES, João Gomes de Oliveira

Ano: 1889 | Número: 6

Como citar este documento:

GUIMARÃES, João Gomes de Oliveira, Documentos inéditos dos séculos XII-XV. Mosteiro de Souto. *Revista de Guimarães*, 6 (2) Abr.-Jun. 1889, p. 72-92

Casa de Sarmiento
Centro de Estudos do Património
Universidade do Minho

Largo Martins Sarmento, 51
4800-432 Guimarães

E-mail: geral@csarmiento.uminho.pt

URL: www.csarmiento.uminho.pt



Este trabalho está licenciado com uma Licença Creative Commons
Atribuição-NãoComercial-SemDerivações 4.0 Internacional.

<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0/>

DOCUMENTOS INEDITOS

DOS

SECULOS XII-XV

MOSTEIRO DE SOUTO

São mui escassas as noticias que nos fornece a *Chronica dos Conegos Regrantes*, liv. VI, pag. 355, ácerca d'este mosteiro, fundado nos principios da monarchia por D. Payo Guterres, *mancebo muy de prol, e grande cavalleiro*, como o qualifica o conde D. Pedro, *Nobiliario*, tit. 55.

O brazão dos Cunhas ornando a capella-mór, a instituição em 1262 pelo bisneto do fundador d'uma capella de missas, a redução do mosteiro em 1552 em igreja secular e apresentação do primeiro prior Martim Rabello de Macedo e a sua transformação em commenda da Ordem de Christo, sendo o primeiro commendador um sobrinho do referido prior, são os unicos factos que a *Chronica* nos refere relativos ao mosteiro do Salvador de Souto.

É provavel que o chronista não pedesse haver documentos que o guiassem no periodo de mais de quatro seculos que aqui viveram os conegos regrantes; esta lacuna vamos em parte remedial-a publicando os documentos, que encontramos, relativos a grande parte d'essa época.

Procuramos ser fieis na leitura d'estes documentos, a qua sujeitamos ao paciente exame do nosso illustre patricio o snr.

dr. Sarmiento, e que demais confrontamos com os documentos, quasi coevos, já publicados na collecção PORTUGALIAE MONUMENTA HISTORICA; devemos porém advertir que um tão longo espaço de tempo, como o que tem decorrido desde o seculo XII até hoje, não passou de balde sobre os pergaminhos de que nos occupamos e por isso alguns d'elles não poderam ser totalmente lidos.

Embora não sigamos rigorosamente, ainda que em pequeno numero, a ordem chronologica, damos o primeiro logar a todos os documentos escriptos em latim, seguindo-se successivamente os escriptos em portuguez, formando todos uma collecção de perto de noventa documentos, a que finalmente juntaremos algumas notas, que o seu estudo nos proporciona, deixando para occasião mais opportuna tudo o que podermos dizer relativamente ao mosteiro e freguezia do Salvador de Souto, quando publicarmos o estudo historico concernente ao concelho de Guimarães, para que tratamos de colligir apontamentos.

I

1172

In nomine domini. Ego uicentius suariz et iohanes suariz insimul cum mater nostra ausenda affonso facimus tibi godinus prior de sauto kartam uenditionis et firtudinis ¹ de nostra propria hereditate quod habemus in uilla de sauto subtus mons ceruas territorio brachara discurrentibus aquis ad aue. Et abet nacentia ¹ in loco nominato uti uocitant fadal quantumque ibi abemus et aprestitum hominis est de monte in fonte per ubi illam potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis. Damus tibi ipsa super nominata hereditate pro pretio quod de te accepimus vi. morabitanos tantum nobis et tibi complacuit et de pretio nihil remansit pro dare. Habeas tu illam firmiter in cunctis temporibus seculorum. Si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hanc kartam infringere uoluerit et

¹ Nos outros documentos lê-se *firmitudinis* e *iacentia*. Será erro neste?

nos in iudicio deuendicare non potuerimus uel noluerimus pariamus tibi ipsam hereditatem duplatam uel tripatam et quantum a te fuerit meliorata et insuper cui uocem tuam dederis cc. solidos probate monete. Facta karta mense aprilis. E. m.cc.x. Nos super nominatos fratres vicentius suariz. et iohanes suariz. in hanc kartam manus nostras proprias robor

† † † amus.

Pro testibus — Pelaius — Iohanes — Martinus — testes. Petrus notuit.

II

1177

E. m.cc.x.v.

Debeo ego orraca petriz petro peliz fornaro de bragaa i. morabitinum. petro fernandiz de hospital ii. solidos.

Sueyru nuniz de uila coua iii. morabitinos.

Gomez brandum ii. morabitinos.

Ad Johanem de auelaeda medium morabitinum.

Ad Breta (?) xx. denarios.

Ad maria peliz i. morabitinum. ii. quartarios de pan.'

Ad mariam iohaniz xvi. solidos.

habet petrus criadu viii. morabitinos et iii. solidos super casal de picoutu et debeo illi dare in quocumque anno v. quartarios de pan.

III ¹

1177

E. m.cc.x.v.

Mando ego horraca petri meum corpus ad monasterium sancti Salvatoris de Sauto. et ipsum meum casalem de rial integrum cum omnibus que ad illum pertinent in quo morauit

¹ Está escripto no mesmo pergaminho do anterior.

menendus luz. et meum lectum cum almuzala et cum mea manta noua. Ad mariam peliz i. ouelia et i. cabra cum sua filia. ad mariam filiam de petro caluo. i. ouelia et i. capra et ii. quartarios de pan et i. arca. et i. telega de pan in quocumque anno donec habeat uirum. Mando ut petrus peliz teneat in uita sua ipsas casas in quibus morat. Ad petrum gunsaluiz meum abbatem i. ouelia et i. capra. Ad gafos de vimaranis et de bragaa et de barcelos singulas telegas. Ad sanctum martinum de candaosu ii. morabitanos de hereditate de portela de lectoes.

IV

1178

Sciant presentes et futuri. quod ego Pelagius Suerij facio mandationem et testamentum ad monasterium de Sauto. pro remedio anime mee do ibi quantam hereditatem habeo in bouza siue ecclesiasticam quomodo laicalem et habet iacentiam in termino sancte marie per ubi illam inuenire potuerint cum omni suo iure de monte in fonte et etiam mando ibi quantam hereditatem habeo in uillar. Siquis uero uenerit qui meum factum infringere uoluerit pariat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam et cogatur reddere cui uox fuerit data d. solidos probate monete. Facta karta mandationis seu testamenti mense aprilis. E. m.cc.x.vi. Ego pelagius suerij qui hanc kartam facere iussi meis manibus roboro.

Qui presentes fuerunt Domnus godinus prior de Sauto testis. — Iohanes pelagij testis. — Pelagius menendi testis. — Pelagius pellis testis. — Galuan testis. — Iohanes de ponte testis. — Pelagius monachus sancti stephani testis. — Petrus menendi abbas sancte marie testis. — Pelagius monachus illius clericus testis. — Osorio pelagij et frater eius pelainus testis.

V

1178

E. m.cc.x.vi.

Hec est manda et testamentum quod ego Iohannes Lauren-

cius facio per manus prior Godinus (?) de Sauto et per manus de mea mulier domna maria suariz. Inprimer mando corpus meum ad monasterium de Sauto cum ipso Casal de ferreirus et unum vasu de plata et meum lectum et soluat mea mulier diuida de Brachara. a sancta maria de Sauto ipsum meum quinionem de uinea. a arnoia v. morabitanos. a carbonario x. morabitanos quod metant in testamento. a uarzena i. equam. ad Brauanes ipsum meum quinionem de Sautello. ad sancta eolalia et sancti adrianj i. poldro. ad leprosos de Barzelus ipsa hereditate de nautanes. ad Burio i. modio de pan. ad leprosus de vimaranis i. quartarium de pan. ad gafos de bracara i. quartarium de pan. ad ponte de aue de Sauto i. pedreiro unum mensem. ad leprosus de ponte i. quartarium de pan. ad leprosus de ratis i. quartarium de pan.

VI

1192

Noscant omnes homines tam presentes quam futuri quod ego Gaudinus petri prior de sauto una cum conuentu ipsius monasterii tibi pelagio menendi facio firmum plazum et stabile de illo casal qui fuit de monio peliz qui iacet in prazii tali uidelicet pacto ut teneas illum et possideas in uita tua et edifices ac plantes et ad obitum tuum cum quanto in supradicto casale adipisceris et quantum in illo teneris ad monasterium libere relinquis ac si deo uolente talem ecclesiam adipisci poteris in qua liceat tibi tuum sepelire corpus quam cito in illam habitaueris tam cito illum ad monasterium sauti relinquis. Et hoc facimus tibi quia es noster clientulus et etiam proin xii. morabitanos nouos nobis dedisti pro soluere casalem de portella de pignoribus. Damus illum tibi et firmiter supradicto pacto concedimus. Si forte ego uel aliquis de successoribus meis istum plazum tibi irrumpere uoluerit non sit licitum eis. pro sola temptatione pariat tibi uel tuam uocem tenenti supradictum casalem in dupplo. ac domno terre c. modios. ac si tu ad aliquam partem illum dare vel mandare uolueris et a nostro monasterio alienare. non sit licitum tibi. supradictum casale nobis in dupplo componas et insuper (?) domno c. modios. facto plazo mense ianuarii. E. m.cc.xxx. libere supradicto pacto illum habeas et possideas. Ego supradictus prior uua

cum conuentu nostro tibi pelagius menendi hunc plazum coram idoneis testibus firmiter robor — amus. Pro testibus. Petrus testis. — Pelagius testis. — Johanes (?) testis. — Gaudiuus notuit.

VII

1198

In dei nomine. Ego Tarasia diaz una cum uiro meo Fernando petriz tibi Johani vimaranis facimus kartam uenditionis et eterne firmitudinis de tota ipsa hereditate quam habemus in Castineira ex parte patris mei domni Didaci afias. Vendimus tibi ipsam hereditatem integram. scilicet (?) habitant in ea duo homines. et est quarta de tota supradicta uilla de castineira. concedimus quantumcumque habemus in supradicta uilla cum omni sua prestantia et ad prestitum hominis est de monte in fonte per ubicumque illam inuenire potueris cum exitibus et ingressibus et terminis nouis et antiquis. cum suis roxiis. pro pretio quod a te accepimus x. morabitos et pro robora iii. solidos. tantum nobis et tibi placuit et de precio apud te nil remansit. habeas itaque illam hereditatem firmiter et quem tu uolueris cunctis temporibus seculorum. Si forte aliquis uenerit tam de nostris quam extraneis qui hoc factum nostrum irrumperere uoluerit pariat tibi uel tuam uocem tenenti ipsam hereditatem duplatam et quantum a te fuerit meliorata. et cui tuam uocem dederis d. solidos bone monete. Facta karta mense iulij E. m.cc.xxx.vi. Ego domna tarasia diaz et uir meus Fernandus petri tibi Johani vimaranis hanc kartam propriis manibus ro ++ bo ++ ramus. Pro testibus. Petrus testis. — Johanes testis. — Tellus testis — Martinus testis. — Suerius testis. — Domnus Menendus abbas notuit.

VIII

1199

In dei nomine. hec est karta uenditionis et firmitudinis quam ego Eluira fromariguiz vna cum filio meo Pelagio tibi prior Godino petriz de sauto insimul cum fratribus tuis facimus

de hereditate nostra propria quam habemus in villa sancti petri in loco perdicto vbi vocitant penido. Damus vobis atque concedimus ipsam supradictam hereditatem de monte in fonte per ubique illam potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et adprestitum hominis est. Pro quam accepimus de vobis in precio III. morabitanos. tantum nobis et vobis complacuit. ac de precio nichil remansit pro dare. Habeatis vos illam firmiter et faciatis ex ea quocquod volueritis. Siquis tamen venerit qui hoc factum nostrum infringere voluerit et nos uel vocem nostram pulsanti noluerit uel non potuerit defendere eam vobis pariat uobis ipsam hereditatem duplatam vel triplam et domno terre c. solidos probate monete. Facta karta mense iunio. E. m.cc.xxx.vii. Nos qui hoc facere iussimus coram bonis hominibus manus nostras robor ++ amu + s.

Pro testibv — s.

Petrus-testis. — Johanes-testis. — Pelagius-testis.

Romanus qui notuit.

IX

1199

In christi nomine. Ego eluira gomez. et durancia gunsaluj. et maria gomez. vobis godino petri prior de sauto et vestro conventu facimus kartam venditionis perpetueque firmitudinis de tota ipsa hereditate quam habemus in sancto petro in loco nominato penidu. et est unum medium de casal. Damus vobis atque concedimus totam ipsam hereditatem de monte in fonte cum quantum in se obtinet et adprestitum hominis est. pro precio quod a vobis accepimus XIII. morabitanos. tantum nobis et vobis complacuit. et hoc precio apud vos nichil remansit. Habeatis itaque (?) illam firmiter cunctis temporibus seculorum. Si forte aliquis homo venerit vel venerimus tam de nostris quam de extraneis qui hoc factum nostrum infringere voluerit pariat uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum vobis fuerit meliorata. et insuper cuj vocem vestram dederitis CCC. solidos probate monete. Facta karta mense iulij E. m.cc.xxx.vii. Nos supra nominati Ego eluira gomez. et durancia gunsaluiz. et maria gomez. vobis godino petri prior de

sauto insimul cum fratribus tuis. hanc kartam propriis manibv — s roboramu — s. Pro testibv ††† s.

Petrus-testis. — Pelagius-testis. — Johanes-testis.

Romanus qui notuit.

X

1227

In dei nomine. Nouerint uniuersi presentem cartam inspēcturi quod Ego Aprilis petri rector monasterii de Lordelo considerata utilitate ipsius monasterii de consensu domni Juliani dei gratiā portuensis Episcopi facio cartam uenditionis et perpetue firmitudinis. vobis domno martino laurencii militi de Cuija. et uxori uestre domne Sancie garsie de uno casali quod ipsum monasterium habet in termino de Refoijos in uilla de Santome. Vendo uobis ipsum casale cum suis terminis nouis et antiquis. cum suis exitibus et ingressibus et cum omnibus iuribus et pertineniciis suis in omnibus locis ruptis et inruptis. pro precio quod a uobis recepi scilicet centum morabitanos quare tantum mihi et uobis complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debito persoluendum. habeatis itaque uos de cetero ipsum casale iure hereditario omne per eum. Verumtamen sciendum est quod ipsum monasterium nullum jam diu eum habebat perfectum de ipso casale. et proinde uendidi illud ut in ipsis morabitanis uolo comparare aliam hereditatem magis utiliorem ipsius monasterii et ad opus ipsius monasterii. Siquis qui fuerit tam ex parte nostra quam de extra qui hoc factum nostrum frangere uoluerit sit maledictus et quantum quesierit tantum uobis in duplo componat et insuper domno terre uel cui uocem uestram dederitis. c. morabitanos reddat. hac carta nichilominus in suo robore perdurante. Facta carta mense aprilis E. M.CC.LX.V. Ego supradictus aprilis qui hanc fieri iussi. eam propriis manibus roboro. et confirmo. Qui interfuerunt Geraldus martini canonicus portuensis. Dominicus uicencij clericus episcopi. Dominicus martini presbiter. Ego m. iohanis publicus tabellio portuensis Civitatis ad instanciam supradictorum hanc cartam notauj et hoc meum signum apposuj in eadem †.

XI

1229

In christi nomine. hec est karta uenditionis et eterne firmitudinis quam iussimus facere ego domna maior et vir meus Julianus petri vobis nuno gomesio et uxori vestre urrace petri ex una nostra leira hereditatis que iacet in abeleira cum quanto ibi gaanavimus de Johane pumaris et de monachis et de altera leyra quam ibi de ipsis gaanavimus in abeleira cum quanto habemus in pumare qui fuit de ipso Johane pumaris et de monachis. et est ista hereditas in alquffim in colle sancti micahelis de Gonza. Vendimus vobis totas ipsas duas leiras predictas que fuerunt de Johane pumaris et de monachis cum suo quinione de pumare et cum suo iure pro pretio quod de vobis accepimus III. morabitanos minus tertiam tantum nobis et vobis placuit et de pretio nichil pro dare remansit. habeatis itaque ex hac die semper firmiter totam ipsam hereditatem et quis vobis placuerit in perpetuum. Si aliquis homo uenerit qui hoc factum nostrum irrumpere uoluerit componat vobis ipsam hereditatem duplatam et quantum fuerit meliorata et cui uocem uestram dederitis pectet illi D. solidos et si nos vobis illam in concilio auctorizare noluerimus uel non potuerimus similiter faciamus. Facta karta mense januarii E. M.CC.LX.VII. per manus Pelagii iohanis tabellio vimaranis hoc signum apponi testimonii (?) veritas +. Nos predicti hanc kartam nostris manibus roboramus. Pro testibus. Petrus-testis. — Pelagius testis. Iohanes-testis.

XII

1279

In dei nomine. Ego Pelagius laurencij presbiter ffacio cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis martino menendi consoprino meo filio marie petri dicta... choma (?). de illa mea hereditate quam habeo in illo loco qui dicitur Singo cum vinea et campis per ubi illam melius potueritis inuenire cum

suis iuribus et pertinenciis de monte in fonte in parrochia sancti tirsi et hac donacione facio et concedo uobis pro multo bono et adiutorio et seruicio quod mihi semper fecistis et facitis et quare sic mihi et uobis placuit. habeatis uos itaque (?) supradictam meam hereditatem firmiter in perpetuum et omnis posteritas uestra post uos. Et si forte aliquis uenerit qui hoc factum meum irrumpere uoluerit non sit ei licitum et quantumque fieri uel impediri tantum uobis in duplo componat et cuj uocem uestram dederitis pectet illi d. solidos bone monete. donacione ista nichilominus suo robore permanente. facta cartam donationis viii. die julij E. m.ccc.xvii. Ego supradictus qui hanc cartam iussi fieri eam coram bonis hominibus meis manibus roboro. presentibus martino gunsaluiz canonico vimaranis. michaele stephani. michaele iohannis. Ego Vincentius iohannis publicus tabellio vimaranis rogatus a presentibus hanc cartam scripsi et hoc sig + num meum apposui in testimonium veritatis.

XIII

1282

Nouerint vniuersi quod sub E. m.ccc.xx. scilicet vi. Idus Aprilis in presencia magistri Laurentii iohannis tabellionis publici Bracarenis et testium subscriptorum Durandus menendi et Johannes de ponte personaliter vocati (?) ad ecclesiam sancti tirsi de plazii coram venerabilibus uiris domno magistro dominico archidiacono et domno petro iohannis canonico ecclesie bracarenis Reuerendi patris domni fratris telij archiepiscopi Bracarenis pro tribunali sedentibus in audientia Bracarenis personaliter comparuerunt et dixerunt eisdem vicariis si poterant seu uolebant sibi reuocare grauamina contenta in appellatione sua prout in instrumento confecto per manum Dominici martini eisdem super predictis grauaminibus destinato plenique continetur et dicti vicarii dixerunt quod per huiusmodi instrumentum non habebant potestatem predicta grauamina reuocare nisi haberent speciale mandatum a domno archiepiscopo ad predicta grauamina reuocandum. qua responsione sic facta dicti Durandus menendi et Johannes de ponte rogauerunt me tabellionem supradictum ut in sibi conficerem publicum

instrumentum. Qui presentes fuerunt Petrus stephani aduocatus. Martinus petri procurator. Johanes stephani et Dominicus suerij tabelliones Bracarenses. Ego uero memoratus tabellio de premissis quibus interfui ad instanciam predictorum Durandi menendi et Johanis de ponte confecj in hoc publicum instrumentum signo meo signatum premissorum. actum E. loco et quanto superius annotatis. †.

Petrus. Martinus. Johanes. testes.

XIV

1285

Nouerint universi quod sub E. m.ccc.xx.iii. scilicet xvi. Kalendaris Aprilis in presentia mei Martini Laurentij publici tabellionis Bracarensis civitatis et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum et rogatorum. religioso viro domno martino petri priore monasterii de Sauto pro se et domina domna Maria fernandi quondam uxore Roderici gunsaluj militis de sancto Laurentio coram venerabili uiro domno Giraldo Laurentij archidiacono ecclesie Bracarensis reuerendi patris domnj fratris Tellj ejusdem archiepiscopi vicario constitutis. idem prior dixit et proposuit quod predictus Rodericus gunsaluj uir jam dicte domine fuerat heres domni martini gunsaluj (*sic*) auunculi sui quondam prioris vimaranis et quod penes eum remanserat testamentum ejusdem martini gunsaluj (*sic*) et in ipso testamento continebantur quedam que tangebant predictum monasterium de Sauto et pro eo petebat exhibiri in iudicio. et predictus vicarius dixit jam dicte domne marie fernandi si ipsum habebat quod ostenderet et maxime (?) deliberaret a periculo animam uiri sui. et tunc predicta domina. quandam cartam que apelat pro testamento predicti martini gunsaluj (*sic*) ostendit que sic incipit. E. m.cc.lxxx.viii. mense nouembris vigilia sancti Andree hoc est testamentum quod fecit martinus gunsaluj prior vimaranis et cum quo ostenso predictus prior dixit jam dicto vicario quia ea que tangebant eundem monasterium de Sauto sibi per me predictum tabellionem fieri publicum instrumentum quod predictus vicarius mandauit per sententiam ut de his que tangebant ipsum in predicto testamento

sibi conficerem publicum instrumentum, et inter alia que in ipso testamento continebantur que predicto monasterio legabat hec sunt. Item mando monasterio de Sauto quantam hereditatem habeo in Queimadela pro meo aniuersario et pro quanto inde habui. Ego uero Martinus Laurentij publicus tabellio adhibitus et rogatus premissis interfui de mandato memorati vicarii inspexi cartam siue testamentum predicti martini gunsaluj (*sic*) et nichil aliud inuenj in eo quod tangat predictum monasterium nisi quod suprascriptum est et ad instantiam prefati prioris feci inde (?) hoc publicum instrumentum et signum meum infrascriptum eidem apposuj in testimonium premissorum (?). Presentibus Petro mathej abbate monasterii de Sandj. Dominico johanis priori ejusdem..... Laurentio gomecij..... Bracarensi et aliis que presentibus. Actum..... domibus predicti vicarij. E. et quanto superius annotatis. †.
 Petrus. Johanes. Martinus-testes.

XV

1292

In dei nomine. hec est carta uenditionis et eterne firmitudinis quod jussimus facere nos..... Johanis do amail (?) uobis bertolameo petri et uxori uestre majiori dominici de toto nostro erdamento quod habemus in loco qui dicitur paombal saluo a leijra..... e a leijra do gradinno cum suis juribus et pertinentiis pro precio quod a uobis recepimus scilicet..... et suam reboram..... habeatis uos et omnes nestri sussescores..... in perpetuum..... liberum et in passce et si aliquis uenerit..... hoc nostrum factum frangere uoluerit non sit illi licitum..... tantum uobis in duplo componat et cui vox..... bone monete et carta ista uobis omni suo..... die novembris. E. m.ccc.xxx..... martino petri carta uehha (?)..... petro petri mercatori de rua sancti jacobi..... et sua germaa maria Johanis..... publicus tabellio ex dicta rogatus a partibus presentem cartam..... sig † num aposuij in testimonium premissorum.

XVI

1294

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi quod me fernando petri publico tabellione Bracharense adhibito et presente ac testibus infrascriptis. Dominico martinj scolaris Bracaren-sis compressus per venerabilem virum domnum Vicentium iohanis canonicum ac vicarium Bracarensem ostendit coram eodem vicario quoddam testamentum martinj Laurentij quon-dam tabellionis Bracaren-sis confectum per manum Dominici micahelis tabellionis Bracaren-sis et suo signo signatum in quo predicto testamento continebatur inter alia hec clausula. Item dimitto monasterio de Tibianis medietatem Casalis qui dicitur de arguānis quare alia medietas est ipsius Casalis monasterij de Sauto et tunc Dominicus petri canonicus regularis monas-terii supradicti de Sauto dixit quod dicta clausula tangebatur eundem monasterium de Sauto et faciebat pro eo et petijt inde sibi fieri publicum instrumentum. Quj presentes fuerunt Johanes stephani tabellio. Petrus iohanis advocatus Bracaren-sis et alii. Ego uero fernandus petri tabellio supradictus de mandato dicti vicarii et ad instantiam Dominicj petri canonicj regula-ris memorati hoc publicum instrumentum inde confecj et si-gnum meum in eodem apposuj in testimonium premissorum. actum Bracare in domibus in quibus nunc morat dictus vica-rius. vi. kalendas nouembris. E. m.ccc.xxx. secunda. †.

Johanes. Petrus. Martinus. testes.

XVII

1297

In nomine dei amen. Ego maria petri cum assensu virj mej Fernandj iohanis presentes et consencientes. facimus car-tam uenditionis et perpetue firmitudinis vobis petro iohanis et uxori vestre Dominice petri in medietate et vobis martino pe-tri et Dominice petri filijs petri sugerij et vobis Stephano gun-

salvj totis tribus in alia medietate de tota medietate hereditatis quam habemus in parrochia sancti Saluatoris de Lauredo in loco qui dicitur couso. excepto o quinto de tres quartas de mim maria petri quod quintum dedi petro (?) sugerij quod reset (?) me de mea anima. damus in quam nobis uendimus atque concedimus predictam medietatem hereditatis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis de montibus in fontibus terris ruptis et non ruptis per ubicumque eam potueritis inuenire et potestatem faciendi de ea quocumque uolueritis omne per eum pro pretio quod a uobis recepimus scilicet xxx. morabitos quare tantum nobis et uobis bene complacuit et de pretio apud uos non remansit aliquid in debito pro dare. Siquis uero uenerit uel uenerimus qui hoc factum nostrum frangere uoluerit quantum quesierit tantum nobis in duplo componat et insuper pectet uobis uel cui uocem uestram dederitis d. solidos. carta ista nichilominus in suo robore permanente. Nos supradicti uenditores hanc cartam cum nostris manibus roboramus. facta carta in popula de Layoso. xxiiii. dias de feuerreiro. E. m.ccc.xxxv. per manum mei Dominici stephanj publicj tabellionis domnj Regis in terra de layoso presentibus..... petri dicto reuelado. petro gonsaluj. Dominico pelagij de regalengo. Johane petri. Dominico iohanis. Johane iohanis. Dominico petri de lauredo. petro fernandi filio predicti fernandi iohanis et marie petri et aliis pluribus. †.

XVIII

?

Hec est manda de favila (?) serraziis. Inprimiter corpus meum in Sauto cum meo lecto et cum quanto abeo in ipso casal de teleado quod tenent pro me uno anal..... gonsaluo menendi casal de salamundi in uita sua et post obitum suum libere relinquat ad monasterium de Sauto sine ulla contradictione et reddat in quocumque anno uno pan de cera sauto. meo abati una uaca. a bragaa una uaca por don. a maria mea capa et i. quarteiro de pan. Laurentio gonsaluj..... Gonsaluo menendi uno capelo. menendo menendiz i. quarteiro de pan et medio morabitino et mea guarnacha. Pelea chano iiii. telega de pan. martino menendiz..... de ponte de pa-

rada III. telega de pan. Gaffos de brachara et vimaranes singulas telega. fonte arcada media de decima de terradeio (?).

XIX

?

In dei nomine. hec est karta venditionis..... firmitudinis quam..... pelagii..... hereditate mea propria quam habeo in villa..... gondemar et uenit mihi ex parte patris mei et matris mee..... gondemar..... territorio bracaraensis subtus..... ceruas discurrentibus aquis a flumine aue..... quanta habeo in..... accepi de te in precio I. morabitanum et v. solidos. tantum mihi et tibi bene..... nichil remansit. habeatis..... firmiter et omnis posteritas uestra et faciatis ex ea quodquod uoueritis. Siquis uenerit qui hoc factum meum..... pectet tibi ipsam hereditatem duplatam uel tripatam et quanto fuerit melioratam et insuper c. solidos cui tuam uocem pulsauerit. Facta karta..... Ego Petro pelagii..... in hanc kartam manus meas robor — o. Qui ibi presentes fuerunt rudericus (?) et..... Petrus-testis. Pelagius-testis. Johanes-testis. Pelagius qui notuit.

XX

1310

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi quod in presentia venerabilis viri domni Gunsalui stephani rectoris ecclesie sancti petri de maximinis reuerendi patris domni Martini..... bracaraensis ecclesie archiepiscopi mei et Egidij uicentij publicj tabellionis bracharensis et testium subscriptorum martinus martini canonicus regularis monasterii de Sauto ordinis sancti Augustini bracaraensis diocesis (?) nomine procuratorio pro religiosis uiris domno martino dominici priore et conuentu ipsius monasterii per procuracionem sigillatam sigillo ad ea soffixo dicti prioris. Tenorem huiusmodi continentem. Nouerint vniuersi quod nos martinus dominici prior ac con-

ventus monasterii de Sauto constituimus et ordinamus nostros procuratores sufficientes martinum martini et martinum petri canonicos dicti nostri monasterii et quemlibet ipsorum in solidum itaque (?) non sit melior conditio occupantis ad emplazandum et contrahendum pro nobis et nomine nostro casalia hereditates et possessiones monasterii cum auctoritate..... cum illis conditionibus quas dicto monasterio viderint expedire et ratum et firmum..... quotquod per dictos procuratores et eorum quotquod actum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium concedimus dictis nostris procuratoribus hanc procuracionem sigilli monasterii munimine comunitam. Data apud monasterium nostrum IIII. nonas martii. anno domini millesimo ccc. viii. emplazavit petro petri de Donim presenti et uxori sue Durancie dominici hac absentis et uni persone post eas conditionis sue quam ille qui superuixerit in mortem suam duxerit sinandum (?) Casale quod dictum monasterium habet in parrochia sancti saluatoris de Donim in quo ipsi nunc habitant hoc modo videlicet quod habeant et possideant dictum casalem cum iuribus et pertinentiis suis in tota uita sua et dictus petrus petri et uxor sua predicta debent inde dare anno quolibet dicto monasterio octo morabinoꝝ veteres (?) port..... ad tercias (?) anni videlicet pro festo natalis domini et pro..... et pascoe et pro seruitio duos capones cum xx. ouis et geiram et luctuosas pro omnibus iuribus casalis per quem (?) et non plus. et dicta tertia persona post eas debet uocare maiordomum dicti monasterii et dare directas directuras et seruitium quo usque nunc dari consueunt de casalibus quod dictum monasterium ibi habet et debent dicte persone in dicto casali plantare..... et meliorare et facere ibi quantam benefactoriam facere potuerint et non debent dictum emplazamentum uendere obligare et impignorare nec dare nobili nec militi nec potenti ut ipsum teneant nec alicui alii persone non tali si contingat que sit conditionis sue et de qua dictum monasterium possit habere iura sua. nec debent alienare quocumque modo proprietatem nec possessionem nec determinationem (?) predicti emplazamenti. debent..... obedientes dicto monasterio et non uocare alium dominum contra ipsum nec debent de ipso facere seruitium alicui alij nec nutrire ibi generosi uel potentis filium seu filiam et si contra premissa uel premissorum quolibet uenerint quod amittant dictum emplazamentum et ius quod ibi habeant. post mortem uero dictarum personarum dictum emplazamentum cum omni benefactoria sua remanere debet dicto monas-

terio libere et in pace. Siquis vero parcium contra hoc emplazamentum uenerit ad irrumpendum debet peccare pro ej (?) huic emplazamento obtinentj d. solidos emplazamento isto nihilominus in suo robore duraturo. Cuj emplazamento supradictus vicarius ex potestate sibi tradita et concessa. presentes literas sigillatas sigillo ad ea suffixo predicti domni archiepiscopi quarum tenor inferius continetur quare sibi constitit per juramentum martini laurentii capellani ecclesie sancte marie de Sauto qui ad hoc uidendum et faciendum datus fuit et concessus quod huiusmodj emplazamentum cedebat in utilitatem dicti monasterii manifeste nomine predicti domni archiepiscopi auctoritatem prestitit pariter et assensum. Facto plazo bracare per manus mei Egidij vicentij tabellionis supradicti xvii. die mensis martij anno domini millesimo ccc.x. Qui presentes fuerunt Alfonsus gunsalui de sancto Geraldo monachus monasterii de palumbario. Stephanus Johannis canonicus regularis dicti mōnasterij de Sauto. Johannes martini capellanus dicte ecclesie de maximinis et aliis. Tenor uero litterarum per quas predictus vicarius habebat potestatem a predicto domno archiepiscopo incipiunt in hunc modum. Martinus dei miserationis sancte bracharensis ecclesie archiepiscopus dilecto viro Gunsaluo Stephani rectori ecclesie sancti petri de maximinis ac vicario nostro. vobis inspiciendi seu. faciendi per alium seu alios fidedignos emplazamenta sine scambia super quibus abbates priores et rectores monasteriorum et ecclesiarum. ad nostiam bracarensem ecclesiam occurrerint faciendis de bonis et possessionibus. ipsorum monasteriorum et ecclesiarum ipso consuetudine faciendis et. emplazamentis siue scambijs si ea ad utilitatem dictorum monasteriorum et ecclesiarum inueneritis. manifeste auctoritatem et assensum nostro nomine prestandi autoritate presentium plenariam concedimus potestatem. Super quibus nostram. uestram nihilominus. conscientiam. presentibus quam cito nostram bracarensem civitatem interuenerimus minime ualidsis (?). Date Ulixbone xx.vi. die julij anno domini millesimo ccc.ix. Alfonsus fecit. Nos archiepiscopus uidimus.

Martinus. Rodericus. Nicolaus-testes. +.

Et ad maiorem rei euidenciam ego predictus vicarius hoc instrumentum sigillari feci sigillo curie domni archiepiscopi supradicti.

XXI

1326

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi quod in presentia venerabilis viri domni petri Laurentii ferraz canonici ecclesie bracharensis et vicarii generalis in eadem sede vacante mei et Johannis de Santarena tabellionis publici bracharensis et testium subscriptorum Religiosus vir domnus Dominicus dominici prior monasterii de Sauto et procurator conuentus ipsius monasterii per quandam procuracionem sigillatam sigilli dicti prioris cujus tenor talis est. Nouerint uniuersi quod nos conuentus monasterii de Sauto facimus nostrum procuratorem sufficientem Religiosum virum domnum Dominicum dominici priorem nostrum ad emplazandum nomine nostro Gonsaluo Stephani et uxori sue marie geraldı certas possessiones dicti nostri monasterii cum illis conditionibus quod ipse ad utilitatem dicti monasterii viderit expedire promittentes habere ratum et firmum perpetue quodquod per dictum nostrum priorem et procuratorem actum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cujus rei testimonium presentem procuracionem sigillari fecimus sigillo dicti nostri prioris. Data in dicto monasterio xvi. die marci anno domini millesimo ccc.xxvi. Priore procuratorio emplazavit Gonsaluo Stephani predicto et uxori sue marie geraldı hac absenti tamquam presenti et uni persone eorum conditionis quam ille qui supervixerit in morte uel in vita sua ad hoc duxerit eligendum illud herdamentum quod dictum monasterium habet in loco dicto Outeyro quod deferre consuevit martinus dominici de Outeyro et uxor sua Eluira petri sub tali conditione quia dicte persone teneant habeant et possideant dictum herdamentum cum omnibus iuribus ac pertinentiis suis toto tempore vite sue et hoc modo videlicet et conditione quia dictę persone debent anno quolibet vacare maiordomum dicti monasterii ac debent personaliter habitare dictum herdamentum prout est consuetudo illius terre et debent dare pro directuris unum morabitinum pro festo Natalis domini et jariam singulis ebdomadis et unam suillam siue ffreemam pro servicio quodlibet anno et luctuosam integram et si dictum monasterium lucratus fuerit in dicto erdamento (?) aliquid dicte persone debent illud defferre cum dictis conditionibus et dictus Gonsaluus Stephani nomine suo

et dicte sue uxoris et successorum suorum dederunt et donauerunt dicto monasterio vnum alqueirem de pane habendum anno quolibet in perpetuum censualim per herdamentum quod habent in parrochia dicti monasterii. Et debent dicte persone dictum herdamentum plantare. et meliorare et facere in eo quantam benefactoriam facere potuerint et non debent dictum herdamentum vendere obligare et inpingorare nec dare nobili militi nec potenti ut ipsum herdamentum teneat nec alieui alii persone non tali si contingat que sit conditionis sue et de qua dictum monasterium possit habere integre iura sua et non debent quocumque modo alienare proprietatem possessionem nec detentionem dicti herdamenti. Debent et obedientiam dicto monasterio et non vocare alium domnum contra ipsum nec de dicto herdamento facere seruicium alicui alii nec in eo nutrire generosi uel potentis filium uel filiam. Et quecumque dictarum trium personarum contra premissa uel aliquod premissorum uenerit quod amittat dictum emplazamentum et jus quod in eo habuerit. Post mortem uero dictarum trium personarum dictum herdamentum remaneat dicto monasterio. benefactoria libere et in pace. Siquis uero partium contra hoc plazum uenire temptauit pectet alteri parti. d. solidos nomine pene presenti plazo nichilominus in suo robore duraturo. Cui emplazamento. per iuramentum martini petri canonici dicti monasterii visoris super hec dati per litteras ecclesie bracharensis quia dictum emplazamentum, cedebat in utilitatem dicti monasterii manifeste auctoritatem suam prestitit pariter et assensum. Acta sunt hec Brachare xxvi. die mensis marcii anno domini millesimo ccc. xxvi. presentibus testibus Domno Stephano petri. Martino fernandi clerico. Aprile petri procuratore et aliis. Ego uero Johanes de Santarena tabellio bracharensis predictus premissis omnibus interfui ad instantiam dicti Gunsalui Stephani hoc instrumentum sibi feci signo que meo signaui in testimonium ueritatis. †.

Et ad maiorem rei certitudinem dictus vicarius huic instrumento apponere fecit sigillum ecclesie Bracarensis.

XXII

1327

In dei nomine amen. Nouerint uniuersi quod in presencia venerabilis viri domni Stephanj pelagij canonici ecclesie Bracharensis vicarij generalis reverendi patris domni Gunsalui dei et apostolice sedis gratia archiepiscopi ejusdem mei et Domimici petri tabellionis publici bracharensis et testium subscriptorum. Tharasia petri dicta do Sobrado pro se et religiosus uir domnus Dominicus dominici prior monasterii de Sauto nomine suo et dicti sui monasterii ac procuratorio nomine pro dicto conventu quorum procurator erat per procuracionem sigillatam sigillo uero et integro ad ea soluxo dicti prioris que talis est. In dei nomine amen. Nouerint uniuersi quod nos prior claustralis et conuentus monasterii de Sauto ordinis sancti Augustini diocesis (?) bracharensis constituimus facimus et ordinamus procuratorem nostrum legitimum et sufficientem religiosum virum domnum Dominicum dominici priorem nostrum latorem presentis ad emprazandum casalia hereditates et possessiones dicti monasterii. conditionis. et componendum super ipsis cum quibuscumque personis et comodo quo uiderit expedire et ad omnia alia et singula faciendum et outorgandum que circa premissa et premissorum quodlibet fuerint opportuna et quo nos faceremus si presentes essemus ratum et firmum perpetue habituri quodquod per dictum procuratorem et priorem nostrum actum et procuratum fuerit in premissis et quodlibet premissorum. In quorum testimonium quia sigillum proprium non habemus presentem procuracionem sigillari fecimus sigilo dicti prioris nostri. Ego uero dictus prior. dictorum prioris claustralis et conuentus presentem procuracionem sigillo meo sigillaui. Data apud dictum monasterium. augusti. Era M.CCC.LXV. ex. inter se emprazamentum hoc modo uidelicet dicta domina. suo dedit ditauit et concessit dicto monasterio totum suum tertium et quintum omnium suorum bonorum mobilium et immobilium. per mortem eius tamen quod tertium et quintum ipsa in uita sua debere tenere et possidere et soluere dicto monasterio. quinto anno quolibet duos capones et ipsa mortua ipsum monasterium habeat dictum tertium et

quintum in perpetuum..... premissa observare et non contravenire et si contravenierit vel contraonat in aliquo pectet dicto priori seu dicto monasterio..... nichilominus in suo robore duraturo pro quibus dictus prior suo nomine et dicti monasterii ac procuratori..... et concessit dicte domne fructus redditus et proventus et jura casalis dicti monasterii quod dicitur do Sobrado quod..... et ejus uxor excepto uno morabitino pertinente ad dictum conuentum et decimam Quintane do Sobrado..... dicto monasterio et presentem emprazatam a dicto monasterio adherenda dicta domna pro dicto tertio et quinto in vita sua et..... tertium et quintum predictos fructus et jura remaneant dicto monasterio libere et in pace. Per... dicta domna dedit conventuj..... nouem solidos per suum tertium et quintum Casalis de sancto martino quod est dicte domne anno quolibet et in perpetuum pro suo anniuersario et quod ipsi conuentus faciant eidem domne tria anniuersaria in anno. premissis omnibus predictus vicarius quia sibi constitit per iuramentum martini petri canonici dicti monasterii dati ad hoc uidendum per literas ecclesie bracharensis quod cedebat in utilitatem dicti monasterii prestitit pariter et assensum. Presente Dominico petri rectore ecclesie sancti christofori de ffaria. Valasco alfonsis. Johane petri..... bracharensis et Dominico petri homine... clerico. Actum Brachare xxvii. die augusti. Anno domini millesimo ccc.xxvii.

Ego uero Dominicus petri tabellio memoratus quia rogatus interfui premissis omnibus una cum predictis testibus quare eram aliis negotiis occupatus presens instrumentum pro ut per me..... scribi feci et eidem subscripsi et signum meum apposui in testimonium omnium premissorum. Acta sunt hec Bracare die mense et anno suprascripto. †.

Johanes. Martinus. Geraldus. †.

Et ad certitudinem maiorem ego predictus vicarius presens instrumentum sigillari feci sigillo curie Bracharensis.

(Continúa).